

Arrologia
judiciaria
judicia.

fortem lavam, vel dextram nascentis vel nati; quippe ab horoscopo indeclinabile
pendebat fatum. Audi delirantem Manilium, lib. 1. Astron. cap. 1. à vers. 52. & lib. 4.
à vers. 16.

Manili

Hi tantum novere decus, primique per artem
Sideribus videre vagis pendente fata.
Singula nam proprio signarunt tempora casu,
Longa per assiduas complexi secula curas.
Nascenti qua cuique dies, qua vita fuisset:
In quas fortuna leges, quaque bora valeret,
Quantaque quam parvi facerent discrimina motus;
Fatorum ordinibus sua cuique potentia forma.
Nascentes morimur, fimsque ab origine pendet.
Tuncque & opes & regna fluunt, & sapies orta
Paupertas, artesque data, moresque creati.
Et vitia, & clades, damna & compendia vitæ.
Fata regunt orbem; certa stant omnia lege.

Corn. Tac.

Supervacuum erit, Scripturæ, SS. PP. & DD. afferre in huiusmodi nugæ testimonia;
sufficiat Taciti cum crisi iudicium. Urgentibus Mathematicis, dum novos motus & cla-
rum Orbium annum observatione siderum affirmant. Genus hominum potentibus infi-
dum, sperantibus fallax, quod in Civitate nostra & vetabitur semper & retinebitur,
Ita lib. 1. Histor. cap. 22.

Oecumen.

26 Oecumenius hic ait: In his libris utiles etiam res fuisset: nihilominus curiosi
vocantur propter admissionem plarium inutilium. Quæ res inutiles splendent flammis!

Studia futi-
lia.

Quid futillus & infulsus Theogonia Hesiodi? Quid delirium Valentini ad triginta
Eonibus, de quo Tertullian. adversus Valentianos? Schema videris apud Iacob.
Pamel. in introduc. Comment. De Nestore Lycio, refert Hesycho, in eius Vit. com-
posuisse Iliadem certis literis carentem: nam in libro primo, qui per A notatur, nul-
lum invenitur, atque ita in omnibus libris Alphabeti Græci ordine distinctis, deest
sua cuique litera. O quantum est in rebus inane similiter Odyseam scripti Triphio-
dorus. De Tiberio Imperatore addit Sueton. cap. 70. Maxime curavit notitiam histo-
rie fabularis usque ad ineptias atque derisum. Nam & grammaticis, quod genus ho-
minum precipue appetebat, huiusmodi serè questionibus experiebatur; Quæ mater He-
cuba? Quod Achilli nomen inter virgines fuisset? Quid Syrenes cantare sint solite? Vi-
de quæ diximus, Tom. 1. Tautolog. 1. n. 10. & quæstiones è fonte Græcorum ineptissi-
mas apud Senec. de Brevit. vitæ. cap. 13. & 14. An verum (inquit Epist. 117.) quod

Sueton.

Stoicis placet, Sapientiam bonum esse; sapere bonum non esse? Ideo non discentes ne-
cessaria, quia supervacua didicerunt. Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus
scripsit. Miser, si tam multa supervacua legisset. In his libris de patria Homeri qua-
ritur: in his de Eneæ matre vera: in his libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit
in his an Sappho publica fuerit: & aliâ quæ erant dediscenda, si scires. Ita Epist. 88.

Senec.

Etiam ipse, Epist. 120. desipit, dicens: Quomodo ad nos prima boni, honestique no-
titia pervenerit? Hoc nos docere natura non potuit: semina nobis scientia dedit, scien-
tiam non dedit. Id! Cuncta prælitata etiam ab illo, de Brevit. vitæ. cap. 14. Aliâ de in-
ceptis innumerabilia (inquit) quæ aut scita sunt, aut mendacij similia. Dubitare se in se-
rum Fabianus nosser aiebat, an satius esset, nullis studijs admoeri, quam his impli-
cari. Cuius ista errores minuent? Cuius cupiditates prement? Quem fortiozem, quem
iustiozem, quem liberaliozem facient? Ridet Iuvenal. Satyr. 11. v. 23.

Ludibria
iustitiam.

— Illam ego iure
Despiciam, qui scit quanto sublimior Atlas
Omnibus in Lybia sit montibus.

Idem.

27 Hinc Apollolus, 1. Tim. ait. O Timothee, depositam custodi; divitias profa-
nas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientia. Græcè: Cenopbonias, no-
vi soni voces, & vocum ampullosas vacuitates. Vernaculè: Vaciedades. Theophy-
lact. Matheologias, idest, vaniloquentias. Dum Apollolus ait Verborum novitates, ad-
Novæ voces dicit Profanas. Sunt enim (commentatur Augustin. in Ioann. tract. 97.) & doctrine
in Ecclesia, Religiois congruentes verborum novitates; sicut ipsum nomen Christianorum quando
non sunt pro dicit caput (Act. 11. 26.) Adversus impietatem quoque Ariariorum, novum nomen
ga miseria. Patres Homolion, considerunt; sed non rem novam tali nomine significaverunt: hoc
enim

1. Tim. 6.
20.

enim vocatur Homolion, quod est; Ego & Pater unum sumus: unius videlicet eius-
denque substantia. Nam si omnis novitas profana esset; non à Domino diceretur: Man-
datum novum de vobis. Nec testamentum appellaretur novum, nec cantaretur in uni-
versa terra canticum novum. Optimè hic Alapid. notat contra Heterodoxos: Non
sunt profana vocum novitates nomina novè adinventæ; quæ res fidei brevius & clarius
explicant, quia res nomine significata non est nova; sed prisca & antiqua. Talia sunt
Trinitas, hypostasis, consubstantialis, Christianus, liberum arbitrium, purgatorium
indulgentia, transubstantiatio: etenim dum his terminis rampuntur, ogganiunt; nec
nisi in scommata contra Theologos procedunt. Videtis Eratm. libell. de Morta, &
Ludov. Vives, in Augustin. de Civit. Dei, Profane vocum novitates sunt, vocelque
profane, quæ utuntur scientiæ vanè facilis professores. Hinc Paulus dicit: Falsi no-
minis scientia, quippe vel indigna nomine, dum penes nomen venit scientia fatiis
à superbis Meditatio cum scientia salutaris profert Apollolus Oppositiones, quo con-
stat peripicue falsitas etiam in nomine scientiæ: equidem verum vero non opponitur;
scientiæque vana, quoniam mendax, studio opponitur vero. Quas non ingerunt ine-
ptias in arte Cabalistica Iudæi impostores! Abominabiles facti sunt in studijs suis; vel
dum volant præligia in plausum usque ad stuporem scolorum. Tam respectu futillum
scientiarum, quam verarum scientia animæ dicitur vera, & verè scientia: haud quia
aliæ scientiæ sint falsæ, quippe tunc non essent scientiæ, neque habitus intellectus (qui
verum quærit, nec invenit in falsis poteris) siquidem conclusiones ac demonstratio-
nes veræ haud quænt deduci nisi ex veris principijs. Dicuntur scientiæ, & non veræ;
quia illarum materia futillis omnino ad felicitatis munia, quæ docet inexpugnabilis,
inconculsa animæ scientia.

Novæ voces
dicit caput

28 Dixerim etiam, scientiam animæ dici, præut opponitur scientiæ mentis; idest,
propter discrimen scientiæ practicæ & speculative: igitur anima tendens in virtutem,
actionibus sollicita proximam intellectus verò in verum intendens, tendit in speculatio-
nem; quasi uterque divideretur inter bonum & verum. Apposicè Cordubens. Stoicus,
Epist. 117. Quid mihi profuturum est scire (inquit) an aliud sit sapientia, aliud sape-
re? Quid mihi profuturum est scire, illud bonum esse, hoc non esse? Temerè me geram.
Subito butas voti aleam. Tibi sapientia, mihi sapere contingat. Formemus animum.
Hæc est sapientia: hoc est sapere, non disputariunculis inanibus subtilitatem vanissi-
mam agitare. Sapientia habitus perfectæ mentis est: sapere, usus perfectæ mentis. At
verò quoniam scientiæ sanctorum prudentia dicitur (Proverb. 9. 10.) prudentiam
arbitratur scientiam animæ Salazar, & Alapid. hic. Scientia ergo animæ est prudentia,
quæ consulit salutis animæ, quæ prospicit eius præmia & supplicia. Hæc enim
anima de præteritis statuit, ac de futuris decernit. His nimis modis (inquit, præ-
fat. in libell. de Interior. dom. Mellissius Doctor) interior conscientia edificatur: quam
utique bonam faciunt præteritorum malorum condigna satisfactio, & instantiam ma-
lorum cauta, providaque declinatio. Unde Genet. 15. 13. dicitur Abrahamo: scito
præsentens? Nihil sane iacula ferunt, si prævidentur. Quare cum aliquando scientia
adit, prudentiaque desit; ut omne tangat punctum, dicitur Hippolyto, apud
Euripid. v. 105.

enim

Augustia.

Alapid.

Hi rum-
pantur hæ-
retici.

Arī cabali-
stica plau-
sus stulto-
rum.

Verum ne-
quit deduci,
nisi ex ve-
ro.

Scientia ani-
mæ practi-
ca, non spe-
culativa.

Senec.

Alapid.
Prudentia
est.

Bernard.

Quare?

Euripid.

Senec.

Ordo virtu-
tis in quo?

Quid sit
prudentia?

etq.

Beatus essis, si sapiens, quantum opus est sapere.
Sapientia manuducitur à prudentia, quæ quidem lumen oculorum mentis, ne caspi-
tet in vitij larva virtutis. Sunt virtutibus vitia consinia (ait Senec. Epist. 120.) &
perditis quoque ac turpibus recti similitudo est. Oportet cupiditates refranare, men-
tem comprimere, faciendâ provideri, reddenda distribui: comprehendimus temperan-
tiam, fortitudinem, prudentiam, iustitiam, & suum cuique dedimus officium. Ex
quo ergo virtutem intelleximus? Ostendat illam nobis ordo eius & decor & constan-
tia, & omnium inter se actionum concordia, & magnitudo super omnia efferens sese.
Hinc intellecta est illa beata vita, secundo defluens cursu, arbitrij sui tota. Sicine est
scientia animæ in virtutem anhelans, cuius prudentia ductrix; quæ quidem dicitur
cognitio agibillium, seu iudicium practicum de objecto morali, intellectuali naturæ
conformi, rectè agente voluntate, quippe secundum rationem. Pavon. p. 2. Theb-
log. natur. distinct. 4. n. 1935. Qua de causa Vatabl. pro scientia legit: Ubi non est
prudentia animæ, non est bonum.

29 Suffrago lubridè expositioni, quam quia placuit, sacris ac Ethnicis testi-
monijs ornari: attramen ex toto haud assentior; quippequam detorqueat materia au-
ct.

29 Suffrago lubridè expositioni, quam quia placuit, sacris ac Ethnicis testi-
monijs ornari: attramen ex toto haud assentior; quippequam detorqueat materia au-
ct.

Storicas in illa, quæ non probat sequens hemistichium. Sic enim legitur: *Ubi non est scientia (prudentia) anima, non est bonum: & qui festinus est pedibus offendet.* Q. d. offendit anima, idest, homo, sine prudentia, sicut ferè offendit, qui pede, plusquam oportet, festinat. Unde optimè dictum ab Augusto, & Vespasiano: *Festina lente.* Vide Aul. Gell. lib. 10. cap. 11. & Macrobi. Saturnal. lib. 6. cap. 8. Sic Aldus Manutius typographus sibi dicebat (ut referunt Erasmi. *Cbiliad.* 2. *Centur.* 1. *Adag.* 1. & Claud. Minos in *Embl.* 143. Alciat.) quia in opus festinandam; ceterum ut mendis careat, pederentim procedendam. Ita Philippus II. Hispaniarum Rex dicere solebat: *Santoi, ergo lente: sunt multa negotia cura.* Hispan. *Vamoso Santoyo despacio, que ay mucha prisa de despachos.* Virgilius *Properè & Serò* iungit, lib. 1. *Georg.* v. 260.

Virgil.

Qua mox de celo properanda sereno

Maturare datur.

Equidem n̄ lente, nihil sit properè, idest, opportunè. Plato in *Politia.* aptè profert: *Qui plus satis festinat initio, serius ad finem pervenit.* Menanderque in *Enchirida.*

Plat.

Menand.

Multis malorum causa festinatio fuit.

Ne ergo festinando corrumpat hominis scientia, à prudentia moderanda: igitur sine hac sine comite offendit tractibus, sicut qui nimis prope rat labitur pedibus. Sat cito, si fat bene: aliter intelligendo signat, quòd nihil intelligat.

Nimis festinatio negotiorum tarat

30. Huiusmodi gnome que contrahi in verba & opera zelo nimis, sed imprudenter flagrantis; quæ quidem sapientissimus insulsa, quia nimis falsa. Quapropter est tempus tacendi & tempus loquendi. Semper dicenda veritas, sed non semper opportuna. Si non opportuna, importuna & fastidiosa, demumque casta. Accidit eruditio Musonio Rufo: de quo Tacit. lib. 3. *Histor.* cap. 81. infit: *Cæptabat permixtus manibus (bona pacis, ac belli discrimina differens) armatos monere. Id plerisque ludibrio pluribus tadio: nec deirant, qui propellerent, proculcarentque; ni admonitu modestissimi cuiusque, & aliji militantis, omisisset intempestivam sapientiam.* Verum illud Sophoclis in *Oedip.* Tyrann. v. 710.

Veritas oportet currat oportuna.

Tacit.

Tacit.

Perculosa est prepropera prudentia.

Periculosa est prepropera prudentia. Offitium circumstantiæ laborum statuendum, ut iuxta circumstantias proferatur vel sepe liatur sub silentio veritas. Homerus (ait Aul. Gell. lib. 1. cap. 15.) *petulantia verborum coherendæ vultum esse oppositum dentium, luculentè dicit: ut loquendi temeritas, non cordis tantum custodia, atque vigiliâ cobibetur; sed & quibusdam quasi excubijs, in ore positis, sepiatur.* Itcirco ut medium iuxta rationem teneret, de se dicit Ion, apud Euripid. v. 301.

Sophoc.

Plalm. 140.

3.

Aul. Gell.

bijs,

in ore positis,

sepiatur.

Itcirco ut medium iuxta rationem teneret,

de se dicit Ion,

apud Euripid. v. 301.

Euripil

Zelus im-

prudens es-

pitat.

Bernard.

Scientia &

prudentia

fit in illo

confortium.

Perf.

Omnia scio quem nobilem scire convenit.

Tacere, ubi opus est; & loqui, ubi tutum.

Vide Stobæum form. 87. & quæ diximus, Tom. 3. T. 2. D. 2. n. 2. Unde Bernard. *Epist.* 25. inquit: *Habeat charitas zelum; sed adhibeat pro tempore modum severitas. Censura quidem nunquam remissa, intermissa tamen plerumque plus proficit. Vigor iustitie semper fervidus; sed nunquam præceptus: sicut non omne quod libet, licet; sic non omne quod licet, statim expedit.* Maturate est, quod neque citius neque serius; sed medium quiddam & temperamentum est; ut industria accedat prompta celeritas, atque in felicem exitum diligentia tarditas: ex quibus duobus quasi contrariis fit opportuna maturitas.

Indicium iudicium imprudentis xeli.

Novar.

Fere bypa-

crisis.

Tertull.

Dicenda, tacendaque calles.

Canit Perlius, *Satyr.* 4. v. 5. Quo studio summum in sapientia studium; quippe in exitum scientiæ & prudentiæ æstimabile confortium.

31. Qui imprudens, est zelus fervet, vel bona extirpat; quia perperâ iudicat. Arguit manus non lavari: *Matth.* 15. 2. Vellentès spicas: *ibid.* cap. 12. 2. Cum peccatoribus iusti conversationem: *cap.* 9. 11. Excolat culicem: *cap.* 23. 24. Ubera premit, vehementer emungit, & sanguinem elicit. *Proverb.* 30. 33. Inponit importabilia. *Matth.* 23. 4. quin instruere velit in spirita lenitatis (*Galat.* 6. 1.) studens discretioni; sed esse nimis iustus, ut obtusescat. *Eccle.* 7. 17. Stultitia sanè est, quippeam plerumque hypocritis sub deaurato iustitiæ velamine, vel indicium imprudentiæ. Tunc *Sapientia mera insipientia est:* ait Novarinus, de *Umbr. Virg.* Excurs. 29.

Novar.

Fere bypa-

crisis.

Tertull.

Novar.

Fere bypa-

crisis.

Tertull.

Me Dea sic docuit: Moderamen amabile, dixit:

Sed tu nec sicam modò, nec moderamina curas,

Novar. Fere bypa- crisis. Tertull.

Me Dea sic docuit: Moderamen amabile, dixit: Sed tu nec sicam modò, nec moderamina curas,

Acci-

Accio Tertullian. *Carm.* in *Senator.* v. 64. Sic etiam Plutarch. in *Camil.* inquit: *Nequid n̄ mihi, nimis placet mihi.* Scientia ergo sine phronesi est oculus sine luce, horologium sine pondere; animus sine facultate, quia prudentia sapientia scientia est. Quo intelligitur illud Daniclis, de quo supr. *Deus dat sapientiam sapientibus.* Quod aliter à Propheta Evangelico: *Peribit enim sapientia à sapientibus,* & (pro Quia) *intellectus prudentia eius abscondatur.* Perpende *Eius,* non *illorum:* etenim non sapientia vel in sapientibus, modò ab illa distet sapientia forma, prudentia. Eodem intuitu, Daniel. 1. eligere decrevit Nabuchodonosor pueros, *Bruditos omni sapientia (Omni, quia sine prudentia trunca sapientia vel manca) cautos scientia: siquidem his facultatibus constat, & præstat Intellectus bonus.* Psalm. 110. 10. Hinc Terent. in *Eunuch.* Act. 1. scen. 1. v. 27. *Prudens, sciens.* Sophocl. in *Trachin.* v. 475. *Sapientem & non imprudentem.* Cui proposito Paulus, ad *Ephes.* 5. 17. infit: *Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes:* igitur nihil intelligant, qui sine sale sapiunt. Habet enim scientia ampliorem virtutem, dum phronesis spectat rectum tenorem; quo aliquando iubet silere, aliquando currere, aliquando volare.

Et modò festinus, & modò lentus eas. Equidem vel zelus igneus erit desipiens, dum scientia solâ ductus plus æquo præceptis. Si sic anima, caret scientia; quia nimis falsa, cum debeat esse prudentia sale salita. *Vir sapiens* (ait Seneca, *Epist.* 120.) *idem semper, & in omni actu par sibi: iam non consilio bonus; sed more eò perductus, ut non tantum rectè facere possit, sed nisi rectè facere non possit.*

32. Hic est sermo sale conditus, de quo Apostolus: *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus; ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.* Varium poscit remedium qualitas diversa passionum. Improbi ferocia districtione premda, civiliter admonendi pacati, dolosi caute, simplices leniter: & ideo ubique necessaria probatur esse prudentia; quæ rebus omnibus adhibere videtur accommodata. *Miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta* (infit Dux N. Gloriosus Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 2.) *dirum magistris, pium patrii ostendat affectum: idest, indisciplinatos & inquietos debet durius arguere: obediētes autem & mites & patientes, ut in melius proficiant, obsecrare: negligentes autem, & contumēntes, ut increpet & corripiat, admonemus.* Sal optimum condimentum, si moderatè adhibeatur: si nimis, cibos destruit. Idem in sermone fit. Conditus sanè lapidis pectore, quim sal apergitur; & nequaquam cum obruitur: ubi sal non comeditur, sed cibus sale commodo sapidus. Cuncta in modo, in pondere & mensura. Nec plus nec minus. Alias etiam contrariò, ut dicit Iobus: *Quomodo poterit comedi insulsam, quod non est sale conditum!*

33. Pleonasmus hincinè modò negotium nobis facesset: at priusquam in expositionem procedamus; aliqua iuro præmittenda de tale. Sal tam apud sacros, quam profanos multifariam accipitur. Aliquando sal dictum Sale, tuncque Mare significat, iuxta Priscian. quod in usu non est: imò contrarium, quum usquequaque videmus pro mari usurpatum Sal. Catull. in *Nupt. Pei.* & *Thetidis,* v. 67. *Ante pedes fluctus salis alludebant.* Virgil. 3. *Aeneid.* v. 385--5. v. 848--6. v. 697. *Et Salis Ausonij lustrandum navibus aquor.* *Me ne salis placidi vultum, fluctusque quietos.* *Seant Sale Tyrrheno classes.*

Sapientissimus pro Sal, invenimus Salum. Idem lib. 1. v. 541. *Per undas superante salo.* & lib. 2. v. 209. *Pit sonitus spumante salo.* Propertius, lib. 1. *Eleg.* 6. v. 2. *Ducere vela salo.* *Eleg.* 15. v. 12. *Multa locutus salo.* lib. 3. *Eleg.* 7. v. 40. & 13. v. 6. *Naufraga cum vasto Græcia tracta salo.* *Et venit è rubro concha Ericina salo.*

Sic igitur illud paranomasticum de Venere: *Missæ è celo, nata salo, regnat solo.* & Myrcilus apud Alciatum, *Emblem.* 161. *Cum premeretque salo, cum premeretque solo.*

In plurali numero hæc vox designat locos & festivitatem. In singulari neutro & masculino gaudet articulo. Sal in genere neutro pro condimento accipit Donatus, sicut in masculino pro sapientia; in *Eunuch.* Terent. Act. 3. scen. 1. v. 10. quod quidem mirum in tam literato Auctore: etenim salem invenimus pro condimento, seu pro ipso sale. Plin. lib. 3. cap. 5. ait: *Amnis mutatus in salem.* Et cap. 7. *Summa flumina den-*

Tom. V. *San-*

Nequid n̄ mihi, nimis placet.

Daniel. 2. 21. Et pro Quia Iliad. 59. 14. Daniel. 1. 4.

Scientia n̄. ne prudentia, caeca de- hinc illius uti forma.

Ovid.

Seneca

Collof. 4. 6.

S. Bened.

Cur salu cō- ferantur al- loquiat

Iob. 6. 6.

Sal pro ma- re.

Catull.

Virgil.

Etiā Sā- lun.

Propert.

Alciat.

Sales pro iō- cis & face- tiji.

Plin.

San-

Santur, in salem. Sunt in Africa lacus salem ferentes. Idem in *Sagurib.* Salustius: *Neque salem, neque alia gula irritamina.*

Salast. Significat aliquando urbanitatem non molestant. Terent. loc. cit. *Habet salem, qui in te est.* Apud Martialem obvia cuique, & ingeniosa, lib. 10. *Epigr.* 9. *Mul- to sale, nec tamen protervo:* id est, sine acrimonia; *quia delectant nimis salisque nudi.* lib. 5. *Epigr.* 2. Unde lib. 11. *Epigr.* 14. succinit de Paride mimo.

Pro urbani- tate Sal. lib. 5. *Epigr.* 2. Unde lib. 11. *Epigr.* 14. succinit de Paride mimo.

Martial. Urbis delicia, saleque Nili, Ars & gratia, lusus & voluptas, Romani decus, & dolor theatri, Atque omnes Veneres, Cupidinesque, Hoc sunt condita quo Paris sepulchro.

Idem. Hinc falsa res aliquando sumitur ironice pro re insulta, seu nimia frigiditate, ex qua risus solvitur, quasi quid festivum voluptuose videretur. Ipse lib. 3. *Epigram.* 12. lepidissime iocatur: Unguentam fateor bonum dedisti, Convivis heri, sed nihil scidisti, Res falsa est, bene olere & esurire, Qui non cenat, & angitur, Fabulle, Hic verè mihi mortuus videtur.

Idem. Ubi patet Res falsa pro ridicula, fastidiosa. Nostrates vividius: *Donosa cosa, rare idea, extravagante extremè, en la cena oler bien y no cenar.*

Sales pro gratia & venustate. Inter Sales pro gratia & Venere (nescio, qua; nec sciunt, qui cognoscunt) tam in verbis, quam in rebus, quæ dicitur singularis, inimitabilis modus. *Quicquid loquitur sal merum est:* ait Afranius, id est, gratissimum, quia gratiosum sine venustate, seu scurrilitate. *Parè loquantur* (inquit Cicer. lib. 1. *Ad Attic.* Epist. 13.) *cum humanitate literæ sparse sale, tum insignes amoris notis.* Imitatus est Symmach. lib. 1. *Epist.* 17. ad Anson. *Brevis in manus meas pagina pervenit. Erat quidem illa Atticis salibus aspersa & thymo odora.* Sidonius Apollin. lib. 4. *Epist.* 16. *Accepi paginam vestram, qua plus mellis, an salis habeat, incertum est.* Martial. lib. 3. *Epigr.* 20. *Le- pòre tinchos Attico sales narrat:* quos quidem ibid. *Epigram.* 99. dicit. *Salis innocuus, Propert.* lib. 3. *Eleg.* 21. v. 28. *Librorumque tuos doctè Menandre sales.*

Cicer. Phaut. in *Stieb.* Act. 1. scen. 2. v. 35. *Ita mea anima salisura venit.* De gratia in factis, Plinius de Apelle dicit. lib. 35. cap. 10. *Præcipua eius in arte venustas fuit, cum eadem ætate maximi pictores essent: quorum opera cum admiraretur, collaudatis omnibus, deesse ijs unam illam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant: cætera omnibus contigisse, hac soli neminem parem.*

Symmach. Sid. Apoll. Martial. 36. Pro re festiva, verum sine noxa (quod dicitur Iocus) usurpantur quandoque sales, aliqua punitione gaudentes: igitur sicut sal in mordacitate suavitate quandam habet; ita ioci urbani seu facetiæ. Unde Martialis de frigido quodam *Poeta.* lib. 7. *Epigram.* 24.

Propert. *Nullaque mica salis, nec amari fellis in illis Gutta sit: O demens, bis tamen illa legi!*

Martial. Infinitas esse species falsè dicendi; quas præstat persona, modus, tempus, locus, casus, refert Quintil. lib. 6. *Institut.* cap. 4. Nostra dialecto: *Gbanzat, Donaires.* Aprè dicti possunt sales melliti, vel mella falsa, aliquid fellis habentes, verum sine amaritudine de quo latè Quintil. loc. cit. cap. de *Risu.* Macro. 2. *Saturnal.* 4. cap. 1. usque ad 8. Sic dicitur sal tacetum, estò mordax; quippe in risum. *Claudian.* in *Panegy.* *Maij.* v. 309. & *Manil.* lib. 5. *Astrom.* v. 144.

Claudian. *Nec molles egeant nostrâ dulcedine ludi, Qui lætis risum salibus movisse facetus, Qui nutu, manibusque loquax, &c.*

Manil. *Venerisque sequaces, Perque dapes, mensaque super petulantia corda Et sale mordaci dulcis quærentia risus.*

Idem. 37. Etiam sal sumitur pro scommate, dieteriove, quo aliquis perstringitur: tuncque dicitur *Sal nigrum.* Horat. lib. 2. *Epist.* 2. v. 60. & lib. 2. *Satyr.* 4. v. 74. *Piper al- bum cum sale nigro.* Idem lib. 1. *Satyr.* 10. v. 3. & *Martial.* lib. 6. *Epigr.* 44.

Festivè credis te Calliodore iocari, Et solum multo permaduisse sale.

Epigram. 97. lib. 12. dicit *Salem prurientem.* Petri. *Satyr.* 4. v. 30. *Sal mordens.* Unde phrates fecommatum apud Poetas. Idem *Satyr.* 1. v. 128. *Secuit Lucidus Urbem.* Horat. loc. cit. v. 4. *Urbem defricuit.* Quintil. *Secum.* *Satyr.* 5. v. 65. *Et sale perfricat Ur- bem:* & *Satyr.* 4. v. 153.

Idem. *Et percum, muria si non graviore fricabo Sinciput hoc asini, donec cruor effluat, atque Horrida detrahi sumet calvaria pelle.*

Martial. *Muria,* Hispanicè: *Salmorejo.* Plura exempla huiusmodi salium videtis apud Quintil. & Macro. loc. cit. n. antec. & Sueton. in *Cæsar.* cap. 49. & 51. in *Tiber.* cap. 59. & in *Neron.* cap. 39. Quam periculosi illiuscemodi sales, dicam, num. 58. Noca vel la- celsiti prudentiam Pollionis: *Temporibus triumviralibus, cum Pescennios (versus impudicos) in eum Augustus scripsisset; ait: At ego taceo: non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.* Macro. ubi sup. cap. 3.

Idem. 38. Sal multoties usurpatur pro victu & mensa, sicut panis in Scriptura. Unde illud assentatorum Artaxerxi Regi, apud Efdram, lib. 1. cap. 4. v. 14. *Nos autem me- mores salis, quod in palatio comedimus.* Etenim mensa estò regia, refectaque dapi- bus, diversique lancibus ac ferculis superplena; sine sale quasi nulla.

Idem. *Nec cibus ipse invat morsu fraudatus acciti.*

Idem. Uti accinit *Martial.* lib. 7. *Epigram.* 24. Hinc duntaxat dicitur, seu exprimitur sal, quia cunctarum escarum condimentum. *Est enim sal* (inquit Plutarch. lib. 5. *Sympos.* cap. 10.) *reliquorum opsoniorum propemodum opsonium & condimentum.* Pròinde *Venerem* sunt qui eum vocent, quòd cibum necessarium opiparum efficiat: hac enim causa dictum esse salem dicuntur. Dixerat prius Plin. lib. 3. cap. 7. *Ergo herculè vita humanior sine sale nequit degere: adeoque necessarium elementum est; ut transierit intellectus (significatio scilicet) ad voluptates animi quoque: nam ita sales appellantur omnis vita lepos & summa hilaritas; laborumque requies non alio vocabulo constat. Honoribus etiam, militiæque interponitur; salarius inde dicitur, magna apud Antiquos auctoritate. Cornutus in 1. Petij *Satyr.* v. 9. contendit, salarium dici victum unius diei; quia victus quotidianus tam necessarius, quam sal. Ludicrum sane ratiocinium, igitur victus necessarius ad esse, sal autem duntaxat ad bene esse. Deinde de Tiberio Sueton. in eius *Vit.* cap. 46. dicit: *Comites peregrinationam, expeditionumque nun- quam salario, cibarijs tantum sustentavit.* Quo profecto patet salarium non posse intelligi pro quotidiano victu. A sale ergo dictum salarium, quod quidem idem est ac stipendium pro alimento & victu, non victus seu alimentum, quod Reges proceri- bus, hique illis impendunt, quorum operà in obsequia continuo aut perpetuo utun- tur. Ita Turneb. lib. 18. *Adversar.* cap. 20. Olim dicebatur *Honorarium.* Vernaculè: *Gages.* Sueton. cap. 10. de Nerone ait: *Senatorum nobilissimo cuique, sed à re fami- liari destitudo, annua salaria, & quibusdam quingena constituit.* Etiam in Heliogabal. Aelius Lampridius: *Mittebat* (inquit) *parassis percellarios salaria annua vasa cum ranis & scorpis & cum serpentibus & huiusmodi monstris.* Claudebat in eiuscemodè vasis infinitum muscarum, apes mansuetas eas appellans. Astitit Stephan. Forcatul. in *Necyomantia,* dialog. 62. & leg. *Cum bi S. si in annos 23. ff. de transact.* leg. ult. ff. *de in rem vers.* leg. ult. in fine de obligat. & act. Petr. Calcatas in leg. *diem fincio.* ff. *de Offic. assessor.* Luc. de Penna in leg. *matriculam* & leg. *siquis in sacris.* A sale salarium dictum, quia *Nihil utilius (imò necessarius) sale & Sole:* uti inht Cæc. Rhodi- gin. lib. 6. cap. 1. *Initium necessaria rei vita hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac & panis, simlagineus, & mel & botrus uva, & oleum & vestimentum.* Eccl. 49. 31. Haud enim dicebatur salarium, quia sal solummodò concedebatur, cum inter præ- dicta honoraria nominetur etiam Sal. Plura apud Turneb. loc. cit. ex Vopisco in *Au- relian.* qui inter salarij dona numerat panem, vinum, gallinas & pullos, porcellos, carnem suillam & bubullam, liquamen, oleum, sal, herbas & olera. Ita inter honora- ria concessa a Cyro in usum sacri templi, signatur sal. *De arca regis detur, ne impe- diatur opus: quod si necesse fuerit, & vitulos & agnos & hædos in holocaustum Deo cæli, frumentum, sal, vinum & oleum.* 1. Efd. 6. 8. & 9. Alia concedit Efdra Artaxer- xes, ibid. cap. 7. & dicit, v. 22. *Sal verò absque mensura.**

Idem. 39. Salem quoque usvenit accipi pro amicitia, seu pro communi, familiarique

- Sal pro amicitia & contubernio. contubernialium mensa. Describitur graphicè, 2. Reg. 12. 3. Pauper autem nihil habebat præter ovem unam parvulam, quam emerat & nutrierat, & qua creverat apud eum cum filiis eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens & in sinu illius dormiens. En maxima necessitudo, qua signatur etiam per sal & communem mensam, de quo infra n. 59.
- Euripid. Mensa receptus sæpe communi mihi
Canit Euripid. in Hecub. v. 708. & Theocrit. Edyl. 16. de Hyla, v. 37:
Qui ad mensam semper eandem
Cenabant ambo, sibi nimirum amici.
- Theocr. Suffragatur Pier. Valerian. lib. 31. Hieroglyph. cap. 10. Sal (inquit) amicitia symbolum fuit durationis gratia. Unde hospitibus ante cibos apponi solitum, quo amicitie firmitas ac perseverantia significetur. Quare plerique omnium habent, si sal in mensa profundè contigerit: contra verò fustum, si vinum, quod id merum, effusum sit. Vel quia vel ex aquis sal multis & fustibus in unum quoddam & solidum coit; ita ex diverso convenientes in unum animi coalescant, statque Platonicum illud Μιαοοχὸν. Hoc est, una anima. Hinc adagium (de quo Erasim. Cbilitad. 1. Centur. 6. n. 10.) Salem & mensam ne prateras. Quod minime observavit proditor Iudas, imò sub specie amicitie tetendit insidias; Neque salis eiusdem, neque mensæ, neque panis communicali memor est factus: ait Origenes, tract. 35. in Matth. & lib. 2. Contra Celsum, inquit. Quis enim nescit, multos ad communionem salis & mensæ admissos, post insidiatos suis contubernialibus? Queritur Christus de perfidia, Ioan. 13. 18. & David Psalms. 40. 10. Pro concordia Stuk de Sacrific. Gentil. fol. 49. Pro constitutione Reipublicæ, cuius symbolum est sal, quia ex varijs guttulis una salis mica solida.
40. Pariter Sal fumitur pro paupertate, & extrema. Apud Nostrates axiomata commune, dum res angusta domi; No llega la sal al agua. Apud Latinos, Salem lingere. Quapropter cum Diogenes Cynicus à Cratero prædixit quodam invitaretur, ut ad se veniret, ne parce degeret; respondit: Malo salem Athenis lingere, quam apud te opiparis cibis frui. Erasim. in Apophthegm. lib. 3. Varro etiam pulmentarij vice usos veteres, auctor est: ait Plin. lib. 3. cap. 7. Perf. Satyr. 5. v. 138. Ebeu Varo (Varo iuxta Cornutum hic, qui servus ineptissimus)
Regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si vivere cum Iove tendis.
- Perf. Plautus, in Curcul. Act. 4. scen. 4. v. 6. Salem diligens. Horat. lib. 2. Carmin. Od. 16. vers. 13.
Vivitur parvo bene, cui paternam
Splendet in mensa tenui salinum.
- Horat. Tenuis fortuna nota, ut pro cibo sal tantum vel cum aceto, in aliqualem voluptatem, gustus & palati illecebram. Quando hora vescendi fuerit (dixit Ruthidi Booz) veni huc & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Miseris opsoniorum loco sal erat cum aceto. Cicer. lib. 9. Epist. ad Papyr. Petum. Plaut. in Rudens. Act. 4. scen. 2. v. 32. Cum aceto pransurus est & sale. Ad. Iust. Lipsium, de Militia Rom. lib. 5. dialog. 16. Alij inopes utebantur sale, & caseo. Erasim. Cbilitad. 4. Centur. 5. Adag. 87. Existasse etiam salem cum pane & caseo, ut proverbium apparet: Plinius loc. cit. Plutarch. lib. 5. Sympos. cap. 10. refert, sali cynimum addidisse. Quæ profecto cuncta indicant summam pauperiem.
41. Olim Sal in summo pretio, quippe propriè gaza Regum: unde cum salinæ addictæ fisco, liberaliter Demetrius Iudæis indulset, ut dicitur, 1. Machab. 10. 29. Pretia salis indulgeo: ex quo magni proventus ex mari mortuo, quod salissimum in Scriptura vocatur. Genes. 14. 3. Sunt & montes nativi salis (ait Plin. loc. præfat.) ut in Indis Oromenus, in quo lapidicinarum modo ceditur renascens: maisque Regum vestigal ex eo est, quam ex auro, atque margaritis. Mirum namque quod de sale Traugaleo (qui in igne nec crepitat, nec exillit, ut ibid. dicit Plinius: sicut de sale Agrigentino, Ignium patient, ex aqua exillit) refert Athenæus in Traadæ prop. fin. Cum vea Ethal Lysimachus imposuisset, evanuit: & vestigali mox sublato, succrevit rursum. Idem videris apud Cœl. Rhodigin. lib. 9. cap. 12. & multa alia eiusdem argumenti apud Adrian. Jun. lib. 3. cap. 9. Maximi ut dixi pretij sal & propter communem necessitatem, Quin & pecudes, armenta que & inmenta sale maxime sollicitantur ad pastum, multo largiore lacte, multoque gratiore etiam in caseo dote, ut subdit Plinius;

& propter singularem colorem & salis speciem. Ruber Memphis, rufus est circa Oxum, sal varijs Centuripijs purpureus: circa Gellam in Sicilia, tanti splendoris, ut imaginem recipiat: in Cappadocia croceus effoditur, & translucidus & odoratissimus. Conditur etiam odoribus additus, & pulmentarij vicem implet, excitans aviditatem, invidiamque in omnibus cibis; ita ut sit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta. Idem ibid. Iam ergo his ex sale suppositis fax accensa, ad expositiones Tautologiarum salis.

42. Prima occurrit Iobi, nimirum, quæri de tanta calamitate, dicentis: Poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? Sub cibi metaphora exprimit vividè dolorum acerbitatem: homo enim cum habeat (iuxta Aristotel. 2. de Anima) gustum præstantiorem cunctis alijs animalibus; refugit cibum palato dissonum, ob salis defectum; quia tunc cibis non est, si ingratus palato sit: igitur à stomacho respuitur alimentum substantiam, modò prius non approbetur à lingua. Quid anima amaritudines, ulceraque gravissima corporis manantia sanie, ac scærentia putredine? Molestiora sanie: quandoquidem cibis insulsum natura ingratus, dolor verò violentus. Ille non alliciens, hic acerbissimè nocens. Ille sensus constitutioni amarus, hic sanie mortificè acutus. Quare addit: Quod gustatum affert mortem. Quid. Si intolerabile gustui quod insulsum; quid erit sensui lechiferum? Plus igitur gravat quod vita nocet, quam quod gule displicet. Accinit hic Mellij Soufa suavis catæna:

Nunquid & insulsum vacuo demittere ventri
Plena per ora cibum, multis dum rebus abundat
Optabit locuples, qui ferula mista veneno,
Et quibus ater inest mortis metus, ore libenti
Sumet? Domini figentis ad ima, sagittæ
Ictibus afficiunt; quarum vis pectora turbat,
Et dolor exanimat, duris me casibus argent,
Quos torquere dedit.

43. Aptius nil fallat. Infelicitas à Iobo præsentis status ostenditur: etenim infeliciores infelix, si felix prius. Lavam itaque sortem lamentator lobus, quippe modò appetit urente fame, quod alias despiceret & fastose, portissimum in delicijs enutritus, & à fortuna lactatus; iuxta illud tritum: Esurienti cibis qualibet esca. Cum summa inopia signetur inopia salis; præ latrante rabidè stomacho, insulsum appetebat procul omni condimento: siquidem condimentum, salque inspidiorum fames, Favent Versiones. Sanct. Pagnin. Num est sapor in albugine vitelli? Ar. Montan. In saliva vitelli? Chald. Nunquid est gustus in albugine ovi, & albugine vitelli? Ovum prorsus ex fe inspidum, fatui saporis, sine illo sale congenito. Unde objicitur à Iobo summa miseræ inopie, in ovi insulsum albugine; iuxta proverbium Pinciani, in Adag. Hispan. dicentis: Ibi utique summum malum, ubi sine sale comeditur ovum. Quapropter ut exaggeret famem, dicitur: Integra fames ad ovum. Cœl. Rhodigin. lib. 28. cap. 10. Sic igitur v. 7. subdit: Quæ prius volebat tangere anima mea, nunc sine sale, præ angustia cibi mei sumt.

At ora fames postquam nimis urget, amara
Fascitur esuriens, & non ingrata palato
Iudicat: illa prius, quæ mens horrebat, & ante
Nunquam ori libata meo; penuria fecit
Esse dapes misero, durisque in rebus egent.

Ita Soufa, quò sup. Similiter Ieremias, de inclitis urbis exusta dixit: Qui nutrie-
batur in croceis, amplexati sunt stercorea. Nil mirum vel insulsa petit fames. Anima
esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Proverb. 27. 7. & Plaut. in Casin. Act. 2.
scen. 3. v. 7. Fel quod amarum est, id mel faciet. Finxit anhelantem cibum suam Ce-
terem Ovidius (lib. 5. Metam. tab. 7.) quam videns puer, rursusque avidamque vocavit:
& lib. 4. Fastor. v. 533. accinit:

Dum legit, obliato fertur gustasse palato,
Longamque imprudens exsoluisse famem.

44. Alia cogito, & non incongrua statui Iobi, undique faucij, & simul ægritudinibus infirmi. Uluvenit hæpæpius in morbis, cibum optime, suaviterque conditum displicere ægotantis palato tanquam insulsum: igitur præ humore prævalente depravatur gustus, ita ut quod dulce, amarum; quasi mel Corticum: inspidum, sal-

sal varijs
coloris
idem.

Iob. 6. 6.

Cur ab hoc
mine respuitur
insulsum?

Soufa.

Cibi insulsum
signum ex-
treme ino-
piæ.

Pagnin.
Ar. Mont.

Pinciani.
Idem ovum
idem sine sale.

Soufa.

Thren. 4. 5.
Summa fam-
es vel in
acerbia ten-
dit.

Plaut.

Ovid.

sum; ac contrâ sale conditum stupidum. Egri saliva saporem habet unius ex quatuor humoribus dominantis: sani verò saliva insipida est: hæc enim hominis lingua distinetur quatuor, quorum expers saliva: igitur si aliquem ex se, vel accidentaliter habuerit, cuncta estò diversi saporis illam saliva solummodo sapient. Hinc Hebr. *Nam est sapor in saliva sanitatis?* Nullus profectò. Similiter causâ infirmitatis utavebat Iob cum seis conditis lapidè: equidem ex humore prævalente in corpore, scilicet phlegmate; quod sale lapidum illi videbatur insulsum. At stipulatur Bolduc. *Insulsum* (legit) *ex vetustate salis ex saliva infirmitatis mortis.* Sicine sensus auctoritatis erit: Ita doloribus gravor, & morbis lethaliibus; ut ex saliva infirmitatis, quod ex se lapidum, utpotè sale conditum, mihi videatur sicut sani hominis insulsa saliva, quæ quidem ex se fatua sine ullo prorsus sapore. Hoc enim intuitu præmiserat, cap. 3. v. 24. *Antequàm comedam, suspiro*, quippequàm gustare cibum, erat pari præ insuavitate tormentum: apparebat gustui cibus quasi sine sale, qui conditus diligentia non insipide. Subauditur hic, præut arguor, sine nota comparationis comparatio; quod frequens in Scriptura. Ioan. 16. 28. *Exivi à Patre & veni in mundum: iterùm reliquo mundum, & vado ad Patrem.* Hoc est, sicut exivi, &c. Iterum pro Ita reliquo mundum, &c. priùs enim mundum haud reliquerat, ut relinquere iterùm. In Eccl. cap. 1. abundè invenitur usui. v. 4. *Splendor in circuitu eius v. 5. Similitudo quatuor animalium: similitudo hominis in eis.* vers. 8. *Manus hominis sub pennis eorum:* quæ quidem intelligenda sunt cum nota comparationis, q. d. Quasi splendor, quasi similitudo, quasi manus; sicut dicitur *Quasi species electri, quasi planta pedis, quasi aspectus aris candentis.* Ibid. Psalm. 57. 12. *Utique est fructus iusto: utique est Deus iudicans eos in terra.* Nempe, sicut est fructus iusto, ita Deus iudicat, &c. vel e contrâ: sicut Deus iudicat, ita est fructus iusto. Cantic. 6. 8. *Una est columna mea: una matri sue.* Hoc est, ita mihi chara, sicut unigenita matri. Alibi dixi alia vide hic, *Tautolog.* 4. n. 29. & 6. n. 23. Genuine modò clarescit testimonij sensus: q. d. præ dolore quicquid in edulium mensa appositum, omninò insulsum, quasi non esset lapidum, delitiosum, nec sale conditum. Sic enim, ut videbimus infr. n. 49. *Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.* Idest, omnis homo improbus igne salietur, sicut omnis victima salietur sale.

45 Alia cogitat Origenes lib. 2. in Iob. *Una* (inquit) *memoratur, quia totum corpus illius, & omnia eius membra uno diabolus contexit vulnerè.* Unâ putredine detentus erat, isdem vermibus scatebat. *Iacere non poterat, sedere non valebat, requiem habere non poterat, resumptionem non inveniebat:* & quod erat omnium maximum, *super hæc universa fame & siti necabatur:* nam manibus cibum sibi vel potum ad os porrigere non poterat. *Tametsi manus ad os porrigere valeret, ore ac labijs putredine mus Iobi la. ac vermibus plenus, percipere non valebat.* Attestatur idem ipse dicens paulò post. *Scatere video fecas meas tanquam odorem leonis.* Hinc maximus dolor, fame præsti cruciamen; siquidem illis vesci urgebatur, quæ manabant sanie, & repleta erant furore. *Aderant cibi, nemoque impediens erat: appositæ sedebat mensæ, visusque non tangebatur cibos:* nam is qui circa corpus ab ulceribus erat factor, *deceptionis accedens, desiderium resolebat, ipsamque mensam erumnâ quadam replebat.* Putores, inquit, cibos meos esse video: & famis quidem necessitas appositæ tangere cogebat, *factoris vero magnitudo è carne proveniens vim famis superabat.* Hactenus Chryl. in Iob. Homil. 5. Aptè in horrorem putredinis signat Iobus cibos leonis. *Gratum leonis odorem, nec minus halitum:* ait Plin. lib. 8. cap. 16. *Adi Dalecamp. hic, & quæ diximus, Tom. 3. T. 13. D. 5. n. 6.* Si insipidum, nequit edi; & ab infirmitate etiam quod non insipidum: quomodo vesci possum (q. d.) fetore, sanie, atque vermibus plenum? *Quomodo? & fame premor, & urgeor. Potest aliquis gustare quod gustatum offert mortem? Nullatenus; & tamen impellor: etenim quæ priùs nolebat tangere anima mea; nunc præangustia, cibi mei sunt.*

46 Hæcine angustia concitat in horrida & horribilia. In fame Samaritæ caput asini venundatum octoginta argenteis, & quarta vola manus bis capere potest) stercoreis columbarum, quinque argenteis. 4. Reg. 6. 25. In obsidione Athenarum per Syllam, medimnus tritici mille denarijs veniit: imò cives calceos & utres elixos comederunt: ait Plutarch. in Sil. *Venisse murem ducentis nummis, Castitum obsidente Annibale;* refert Plin. lib. 8. cap. 57. & Valer. Maxim. lib. 7. cap. 6. In quæ non inducet malefua fama? *Ut comedant stercorea sua, & bibant urinam suam.* 4. Reg.

Sani curfativa insipida

Bolduc.

Unde sale conditum videtur insulsum?

Iterum pro Ita.

Comparatio sine comparationis nota.

Utique pro Sicut, & Ita.

Marc. 9. 48.

Origen.

Fames arde, & cibum sustinere non potest Iob.

Chryl.

Plin. Gracili leonis halitus & pestilens.

Diva famis pauci horribilibus & abominandis.

Reg. 18. 27. & Isai. 36. 12. Nihil tam inhumanum & fœdum, ad quod non invidetur, imò trahat fames & dira necessitas. Patres filios devoratos minatur Deus improbis Israëlitis, *comeditis carnes filiarum vestrorum & filiarum vestrarum:* Levit. 26. 29. & Deuter. 28. 53. *Accidit, uti constat.* 4. Reg. 6. 29. *Coximus ergo situm meum & comedimus.* Narrat Egeciptus, lib. 3. de *Exodi. Hierosol.* cap. 40. *simile: Accersa vultu gladium demersit, & in frustra situm secans igni imposuit: partem comedit, partem operuit, nequis superveniret.* Idem Ioseph. de Bell. lib. 7. cap. 8. & Cœl. Rhodigin. lib. 1. cap. 24. *Predictum etiam illis ab Ezechiele, 5. 10. Ideo patres comedent filios in medio tul, & filij comedent patres suos:* quo constat summa inhumanitas, & famis urentis crudelitas. Notandum quod perhibet Seneca de Cambysis exercitu. *Sustinebat famem primò* (inquit, lib. 3. de Ira, cap. 20.) *tenerrima frondium & caecumina arborum: tum coria igne mollita, & quicquid necessitas cibum fecerat. Postquam inter arenas radices quoque & herbe defecerant, apparuitque inopes etiam animalium solitudo; decimum quemque sortiti, alimentam habuerunt fame socius.* Liquecet ergo angustia Iobi.

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis: At perisse fame res una miserissima longè est, ait Homerus, 12. *Odyss.* v. 341. Græce dicitur *Apocartoresti.* *Orexis illi erat, & maxima, quasi bulimia de qua Iuvenal. Satyr. 6. v. 426. Rabidam fœcivâ orexim; & Virgil. lib. 9. Æneid. v. 647.* *Ex longo rabies collecta fatigat edendi.* Hæc dicitur Fames universa & vaccina à Cœl. Rhodigin. lib. 26. cap. 1. qui subdit: *Prævitium habet plerunque caninum appetitum: est enim membrorum inedia eum stomachi fatiatate. Magna fames subiecti ratione, quia membra infestat omnia: proinde universa dicitur fames; sicut appetitus, quem caninum vocant, particularis. Graphicè, florideque describit Ovidius, lib. 8. Metamorph. fab. 11. loquens de bulimo Erisichthone.*

Petit ille dapes sub imagine summi,
Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat,
Exeretque cibo delusum guttur inani,
Proque epulis tenes nequiquam devorat aurâs.
Ut vero est expulsa quies, fuerit ardor edendi,
Perque avidas fauces, immensaque viscera regnat.

Hinc Iobi pressura, obiecta in epulum mensa: etenim in Id. quod priùs averfabatur stomachus, estò sanie virulentum, præ nimia fame inducebat appetitus. Nec edere quibat; neque famelicus satiari valebat: similis profectò lapis, qui fecas faucibus spectant avidè siccis, & ut ait Virgil. lib. 2. Æneid. v. 356.

Quos improba ventris
Exegit caecos rabies.

Ferens vacui ventris furorem, qui appetentem trahebat in cibum, simulque retrahebat propter putredinis tædium. Hoc est suspensum animæ: avidè velle, nec posse. Velle præ fame, averfari præ fetore. Velle comedere, quod gustatum proculdubio afferret mortem: & simul effugere mortem pro cibo deglutiens famem. Liqueet quantum in huiusmodi conflictu excogitatum tormentum; dum respuit sanus palatus insulsum, quod non est sale conditum.

48. Quoad modum dicendi facilem iuxta sepe dicta exitum habet præsens Tautologia. Insulsum quicquid esse ex se, & etiam quia non habet aptum condimentum, quod maximum salis temperie. Similiter insulsum potest dici, estò sale conditum, quod displicet palato, aliquo prævalente pessime humore. Qua de causa in testimonio relativum Quod sumitur pro Quasi, vel Acsi, ut num. 44. notavimus. Iccirco sensus erit, Mihi videbatur insulsum, quasi sale non esset conditum. Vel accipe relativum Quod pro Idest per exergasiam, clariorem sententiæ explanationem. Matth. 1. 23. *Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus:* Id est, Nobiscum Deus. Idem Ioan. 1. 42. *Marc. 7. 34.* quibus in hoc relativum Quod accipiendum pro Siclicet, Idest, ut patet, Act. 1. 19. *Hæcildama; hoc est, ager sanguinis.* Idipsum etiam, Matth. 27. 8. Sic ergo sensus Piconasini erit: *Insulsum, quod (hoc est) non est sale conditum:* Eodem sensu Maluend. *Insulsum, de nequaquam sal.* Sanctius hic, cap. 3. n.

Egeciptus, Fames, ecclesia in illarum angustia.

Seneca.

Homer.

Quid Bulimia & Orexim? Virgil.

Cœl. Rhod.

Quid Universæ famis?

Ovid.

Et Vaccina?

Virgil.

Summum cruciamen, esturire & comedere non posse.

Quod pro Quasi & pro Idest.

Exergasia.

74. Cibi malè conditi, neque aspersi sale. Septuag. Non est sapor, & sine sale. Quasi palato, lingueque ingratum, quippe sine sale insipidum.

49. Effectus salis exponitur, & simul causa, eodem verbo & nomine, ut sape vidimus & videbimus. Ut Vita vivet, Morte morieris, Iustitia inest, Impietas impij. Tuncque delicatior Tautologia per voces æquivalentes. Non est sale salita, dicitur à Domino per Ezechielem : & Marc. 9. Sale salietur. Apud Profanos etiam invenitur phrasit. Tibull. lib. 3. Eleg. 4. v. 10. Placent & saliente sale. Equippollentia vocum patet, geminationis intuitus, ut dicitur Iobi, loc. cit. Sale conditum, pro Salitum. Coloss. 4. 6. Sermo sale conditus. Cael. Rhodigin. lib. 6. cap. 1. ait: Græci dicunt sale conditi; quia fal alimonij dat gratiam. Unde Marc. ubi supr. dicit: Omnis enim igne salietur & omnis victima sale salietur. Id est, sicut omnis victima conditur sale, haud secus conditur igne. Quo clarè constat, saliri, nihil aliud significare quam aptè confici, sapidè aptari in cibum quoad gratiam alimenti; quod frequenter fit sale, ex quo etia iucunda, palato grata; sicut cibus assus sale inspersus, igneque coctus. Hispan. A sazón. Hæc in genere pro Tautologia expositione; at deveniendum in particulares Pleonasmos.

50. Queritur Deus de Synagoga ingratitudine, tot muneribus dignata: & ut toto corde benefactorem quæreret, sic eius faciem ignominia offensus implet: Quando nata es, in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus, & aqua non es lota in saltem, nec sale salita. Hieronym. hic & Gregor. Magn. in Iob, lib. 32. cap. 11. per umbilicam intelligit sexum eius, quam increpat meretricem. Sub qua metaphora ibid. v. 25. dicitur, Divisisti pedes tuos: & v. 36. Effusum est æ tuum, & (pro Id est) revelata est ignominia tua. Rabb. David: Æ tuum, fundum, vel rima ventris. Circumclata necesse erat, ut fugeret à luxuria, nimirum idololatriâ, sed non erat præcisus umbilicus Synagoga. Haud mireris, quòd sub femina allegoria, à nobis designetur circumcisio: etenim communem fuisse apud varias nationes offendimus, Tom. 2. T. 6. n. 33. Ibi multa: accipe alia. Neque his puellis ante circumcissionem, qua fit anno quarto aut quinto decimo, aut ante matrimonium ullum indusum datur, Lacedæmoniorum more, qua intesto corpore, donec nubere inceperant. Ita in Republ. Arabix, cap. 9. & cap. 15. Fœmina verò quamquam iuxta multorum opinionem huic legi subiecta non sint; pleræque tamen, ut in Ægypti regno fit, huic legi se submittant: ibi enim puella tredecim, quatuordecim & quindæcim annorum circumcidentur. At Sidi Ben adli cap. de Circumcisione, ait: Circumcisionem masculis legem esse, feminis verò honoris causâ. Munsterus lib. 6. Geograph. cap. 57. ait de feminis Æthiopiæ: Regina Saba, qua Maqueda fuit proprio nomine, voluit quidam & mulieres circumciderentur, &c. quæ apud ipsum. Idem astruit Hieron. Lilius in addition. ad Syloam var. lect. Modum signat Galen. lib. 1. de Spermat. cap. 15. & in Introductor. cap. 10. Circumcisio ideo instituta (ut ait Prosper. Aquitan. p. 1. de Promiss. & prædict. Dei, cap. 14.) quòd illi parti quam prima illius prævaricationis causâ libidinis rebellem fuerat expertus protoplastus noster, remedium Deus adhibere voluit; ut hoc signo malè concepta, libido temperaretur. Elucet iam quid Deus improperet Synagoga, dicens: Non est præcisus umbilicus tuus: Id est, adhuc rebellis es, pristinaque prævaricationi studeas à fide deficiens.

51. Hęcine allegoria aliam urget ostendi. Christus Dominus, qui vera sapientia, sal metaphoricè dicitur. Ipse sal cælestis, & non solum terrena & inferna, sed cælestia quoque suo sapore condens: ut inquit Hieronym. in Ezech. 16. Mulieres insulse sunt, ut verbis Plauti utar, in Pœn. Act. 1. scen. 2. v. 36. Est differentia inter insulsum, salsum, & sale salitam. Insulsum sine sapore, salsum quod non insulsum, sale salitum quod gustui gratum. Sic frequenter dicimus: Insuave, non insuave, suave: Malum, non malum, bonum: Fœdum, non fœdum, pulchrum. Insulsum est, quod insipidum, ut saliva, serum coagulii, phlegma, & alia. Salsum dicitur, quod non desipit, ut poma & alij fructus: quapropter Quintilian. lib. 6. Instit. orator. cap. 4. inquit: Salsum igitur erit, quod non insulsum, velut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio velut palato, excitatque & à tædio defendit orationem. Sanè tamen ut ille in cibis paulò liberalius aspersus, si tamen non sit immodicus, offert aliquid propria voluptatis: ita bi quoque in dicendo habent quiddam quod faciat audiendi sitim. Denique sale conditum dicitur quod palato gratum, vel

Ezech. 16. 4. Marc. 9. 48.

Sale saliti pro re sapida & palato gratâ, est Sal non interveniat.

Ezech. ubi supr.

Euphemismu.

Et pro Id est

Circumcisio etiam in feminis.

Munster.

Cir. instituta circumcisio.

Prosper. Aquitan.

Hieronym.

Discrimen inter insulsum, salsum, & sale conditum.

Quintil.

vel iudicio voluptuosum, sumptâ metaphora à sale, cuius usus in omnibus cibis condimenti vice est, invitatque aviditatem; ut vidimus supr. ex Plin. n. 41. In rem ergo. Fœmina insipida, insulsaque fuerunt Christo, sal cælesti Gentilitas & Synagoga. Gentilitas ita insulsa, ut nec esset in toto corpore mica salis. Insulsa etiam Synagoga, quamquam salsa. Salta, quia habebat legem: insulsa, quippe necdum obtinuerat saltem. Salta erat quia commissa delinquentium durâ animadversione distrinxit, & per præceptum culpam innotuit. Insulsa, quippe culpam per gratiam non delebit: inquit Gregor. Magn. lib. 7. in Iob, cap. 5. Non erat sale condita, quoniam Nihil ad perfectam adduxit lex. Hebr. 7. 19. Gentilitas, quæ insulsa & quia sine lege, & quia omnino corrupta vel in his quæ norat; quum venit Christus, tota salita, quippe assumpta in Ecclesiam: salsa lege, ac salita sale gratia. Introductio melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Ibid. Unde totum Gentilitatis corpus Ex insulso salsum, ut aliò dixit Plaut. in Rudent. Act. 2. scen. 6. v. 33. & etiam sale salitum, quippequam ut ibid. fator Paulus, v. 12. Translato sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat: equidem Christus sal cælestis, fecit Apostolos sal terræ, hominibus scilicet, quia dedit eis potestatem ligandi atque solvendi peccata, quæ lex tantum manifesta faciebat. Salta Synagoga, quia cum lege non insipida; sed necdum salita sale, quoniam sine Christo figuras implete: ita enim dicitur: Quando nata es, nec sale salita. Unde si victimis ex lege gloriabatur, ut aptè esset sacrificio, sub eadem metaphora illi dixit Aflertor: Omnis victima sale salietur. Synagoga utique, quæ salta divina prorsus lege habebit sale, si acciperit Redemptorem: alias salta, uti sal infatuatum, forsâ mittetur, atque iure conculcabitur. Contestatur Paulus & Barnabas. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repelliistis illud, & indignos vos iudicatis eterna vitæ: ecce convertimur ad Gentes. Act. 13. 46.

52. Hinc agnoscitur, qua ratione, si lex sal, & quando nata est synagoga, nimirum, in exitu Israël de Ægypto (ut hic placet Hieronymo) potita fuit sale legis: uti constat, Exod. 19. & 20. modò Dominus illi dicit: In die ortus tui nec sale salita. Sal utique lex est, sed sal huius salis adimpletio legis. Beatus in facto suo est, qui non auditor obliviosus factus; sed factor operis. Unde esto lege salta haud habebat sale; quia idololatriæ studebat, quasi non haberet legem. In Scriptura, ut hic Tautolog. 7. n. 7. diximus, quod inutile indicatur infectum, etia factum. 4. Reg. 19. 32. in obidione urbis à Sennacherib, dicitur: Nec circumdabit eam manitus: etenim esto ab illo obfessa, non expugnata. Isai. 3. 1. 2. Auferet Dominus à Ierusalem & Iuda vahidam & fortem, virum bellatorem, iudicem & Propbetam, & ariolum & senem, principem, &c. Erant, sed quasi non essent, quia nihil proderant. Sic Ierem. 5. 21. Popule stulte, non habens cor. Idem, Osee, 7. 11. Similiter dicitur Isai. 6. 9. Audite audientes: quippe ut ait Ierem. loc. cit. Habentes oculos, non videtis: & aures, & non auditis. Matth. 13. 14. Videntes videbitis & non videbitis. Deuter. 29. 24. Vos vidistis universa qua fecit Dominus coram vobis: & non dedit vobis cor intelligens, & oculos videntes, & aures qua possent audire usque in presentem diem. Quid quòd esset sale salita, insulso sale? Illius penitus insulsum cor, quasi lata à Domino nulla lex. Sale operis salietur atque conditur sal legis. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum; sed factores legis iustificabuntur. Rom. 2. 13. Insulsa ergo Synagoga legis falta, quia sal infatuatur sine opere. Ita Maluenda legit: Saliendo non salita: falliturque miserè speciositate legis, quasi qui sequitur oculis aves volantes. Hinc Iacobus, cap. 1. 22. subdit: Estote factores legis, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Haud secus Catholicis dicere possumus, fidei adiungenda opera cum charitate. Non fat, ut accepta sit animæ victima (quia debet esse victima sine macula) quod non sit insulsa, vel sit salta supernaturali fide: debet esse sale salita charitate condiente. Omnis victima sale salietur. Sic enim in ea Salvator ponitur murus & antemurale: aliter nihil haberet antemurale fidei in animo sine charitatis muro. Ex fructibus igitur cognoscitur in arbore hominis, an sit radix charitatis. Fidem in salutem veram non habet, qui solum habet: inquit Salvian. de Governat. Dei. Qua de causa Petrus inquit: Magis sabagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Qui sine fide vacui & sine fructu: cum fide, sine fructu, sed non vacui: cum charitate verò non solum non vacui, sed fructu omnimodò abundantiore. Ibid. v. 8.

53. Ut ergo literæ respondeamus (sequentes Domini metaphoram, qua Synagoga obijcitur, quod in die ortus aqua non sit lota in salurem, nec sale salita, nec incitum Tom. V. xxxiij. cum

Greg. Mag.

Hebr. 7. 19. Cur Gentilitas insulsa, Synagoga salsa, verum non sale salita?

Ezech. 16. 4

Marc. 9. 48

Quod in iustis salis iudicatur infectum.

4. Reg. 19. 32

Maluend.

Fides sine operibus mortua. Marc. 9. 48

Salvian. 1. Petr. 1. 28